Doctoris medicinæ, seu eius successorum ad officium præsens Castrense Capitaneale Præmisliense, ex hinc recessu suprascripto, quo adrespondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuri parere, respondere, Vadium vel Vadia prætacta luere, Inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus, illum Terminum primum peremptorium uti et alios omnes exinde consequentes Causæ eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, proprii minorennitate, successorum legatione, intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad Evictorem, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem prætera ultra proximos officii præfati Castrensis Capitanealis Præmisliensis "Trnes" dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel triplicatis, Evasionibus suspensionibus fatalis Iuris præscriptione Terrestri bello Conventioneq ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua præsenti personali Recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

Micowska Gluzickiego Quietat. 1252

Comparens personaliter coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Generosa Anna Generosi Alexandri Gluzicki cum olim Generosa Zophia Przyplowska Consorte eius legitima procreata filia Generosi vero Alberti Micowski Consors legitima cum eiusdem suprascripti Generosi Mariti sui uti Tutoris Coniugalis tum supraseri

+

Generosi Alexandri Glozicki Parentis sui authoritate et assistentia ac Ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu sana mente et corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq[ue] Suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo ad actum praesentem attinet, seum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subjiciendo palam libere publice, ac per expressum recognovit. Quia ipsa suprascriptum Generosum Alexandrum Glozicki Parentem suum et ipsius successores de summa Mille Florenorum Polonicalium ad rationem summae qua et quanta eam de bonis Paternis et Maternis in Vim dotis et expeditionis de bonis Paternis et Maternis tantum eam concernen[tis] spectat et concernit, necnon de quibusvis aliis praetensionibus, ob praestitam sibi Recognoscenti et suis successoribus praestitam satisfactionem, quietat, emittit dimittit liberumq[ue] et absolutum facit et perpetuo pronunciat, Iura quaevis tum Inscriptiones quasvis ratione summarum in Vim dotis se Recognoscentem concernen[tes] Cassat mortificat et annihilat praesentibus. Salua nihilominus ratione aliarum quarumvis summarum sibi Recognoscenti suisq[ue] successoribus, Ubi et apud quem de Jure competiunt pleno in robore reservata et praeinscripta repetitione.

2032

Cazecka Glozyckiego Quietat

1252

2.o Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosa Catherina Generosi Alexandri Glozicki cum olim Generosa Zophia Przysphowska Consorte eius legitima procreata filia